



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 47. Ejusdem Epistola ad Lusitaniæ Regem eadem in causa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

„in hoc ipsum tendentia, quibus opta- Sæc. XVIII.  
 „tam tamdiu pacem Missionibus illis A. C. 1710.  
 „reddendam fore confidimus, promo-  
 „vere fatagenti Regio suo patrocínio  
 „suffragari dignetur, vehementer id-  
 „circo a Te petimus, & majori, quo  
 „possumus animi conatu Te hortamur,  
 „atque etiam rogamus, ut pro eo, quo  
 „polles, orthodoxæ Religionis promo-  
 „vendæ & conservandæ studio plane  
 „eximio, ipsi Cardinali Regiæ tuæ au-  
 „toritatis ope, atque præsidio adesse,  
 „tuisque illis in partibus Administris  
 „opportuna mandata in eum finem tra-  
 „dere accurate velis, quibusvis hacte-  
 „nus injectis impedimentis penitus sub-  
 „motis, &c. „

§. XLVII.

*Pontificis epistola ad eundem Regem  
 hac in causa.*

Nec prorsus irritum erat Pontificis *Epistolæ  
 studium; quippe Joannes Lusita- Clem. XI.  
 tanix Rex Goano Pro - Regi injunxe- pag. 1502.*  
 rat, ut in eos omnes, qui Cardinali  
 de Turnon ejusque Familiaribus gra-  
 ves injurias intulerant, pro culpæ me-  
 rito animadverteret: eapropter Ponti-  
 fex die decima quarta Martii anno se-  
 quenti has ad eundem Regem dedit  
 literas: „Ex binis Majestatis tuæ re-  
 „spon-

Sæc. XVIII.

A. C. 1710.

„sponsis, altero scilicet die decima  
 „ptima Maij, altero autem die decima  
 „nona Septembris anni proxime elap-  
 „ad Nos datis grato quidem animo,  
 „par erat, intelleximus, te non minu-  
 „enixis nostris, iteratisque expositio-  
 „tionibus, quam tui ipsius æquitate  
 „impulsum, quin etiam, ut opinamur,  
 „rei indignitate commotus non seme-  
 „tuo in Indiis Pro - Regi diligenter  
 „mandasse, ut in Capitaneum Gene-  
 „lem, aliosque officiales, & Admini-  
 „stros tua in civitate Machaonensi re-  
 „sidentes, qui dilecto Filio Nostro Co-  
 „rolo Thomæ S. R. E. Cardinali de  
 „Tournon Apostolicæ Sedis Legato  
 „ejusque familiaribus, ex quo illuc de-  
 „vecti fuerant, graves adeo injurias  
 „& contumelias intulerunt, sedulo in-  
 „quirat, tantique flagitii reos debite  
 „afficiat pœnis, ac insuper eidem Car-  
 „dinali, ejusque sociis ereptam jam de-  
 „dum sacrilego ausu libertatem incun-  
 „ctanter restituat. Porro etsi persua-  
 „sum habeamus, nullum ea de re ad  
 „Majestatem tuam responsum ab Indi-  
 „afferri hæcenus potuisse, & cæteris  
 „quin Pro - Regem Goanum mandata  
 „tuis obtemperaturum fore, minime ve-  
 „reamur, impatientia tamen doloris  
 „quem profecto acerbissimum habu-  
 „mus ex iis, quæ ad Nos non ita pro-  
 „de-

„dem delata sunt, Majestatem tuam Sæc. XVII.  
 „denuo interpellare Nos cogit, tibi que A.C. 1710.  
 „recentia, & sane gravissima explicare  
 „vulnera, quæ a præfatis Officialibus,  
 „& Administris Ducis Legato Aposto-  
 „lico, ejusque dignitati etiam, post-  
 „quam ipsis illius ad Cardinalatum as-  
 „sumptio innotuit, temere non minus,  
 „quam impie inflicta fuerunt. Ea vero  
 „(quemadmodum ex postremis illarum  
 „Partium literis deprehendimus) sunt,  
 „quod in prædicta Machaonensi Civi-  
 „tate jussu Goani Pro - Regis Mense  
 „Decembri 1708. primum, & deinde  
 „Mense Septembri 1709. solemniter  
 „promulgatum rursus fuit edictum, quo  
 „sine intolerabili, tibi que summopere  
 „injurioso Regiæ tuæ authoritatis ab-  
 „usu, sub gravissimis etiam rebellionis  
 „pœnis interdicatur universis, ne ullum  
 „obedientiæ genus eidem Legato Apost.  
 „exhibeant ac propterea mandatur, ut  
 „quicumque morem illi gesserint, sive  
 „Ecclesiastici, sive Laici fuerint, captivi  
 „Goam transmittantur. Quatuor porro  
 „Regulares Ordinis Prædicatorum, ex  
 „quibus tres Sacerdotali dignitate in-  
 „signiti, quod edicto hujusmodi non  
 „paruissent, ipsa in Ecclesia coram San-  
 „ctissimo Eucharistiæ Sacramento fide-  
 „lium cultui exposito (quod referre ex-  
 „horrescimus) capti, & ad carceres  
 „de-

Sæc. XVIII

A. C. 1710.

„deportati fuerunt, uno excepto, qui  
 „sacris vestibus indutus cum clavi Co-  
 „stodiæ collo appensa ad arcem, tota  
 „spectante civitate, ac ipsis sacrilegum  
 „facinus *detestantibus Ethnicis*, deductus  
 „fuit. Plures insuper alii variorum Re-  
 „gularium Ordinum Professores non alio  
 „objecto crimine, nisi quod Legato  
 „Apostolico delictam obedientiam præ-  
 „stitissent, jussu Capitanei Generalis  
 „Machaonensis barbaro, ac prorsus ho-  
 „stili modo vexati ab Ecclesiis, aliis  
 „que sacris locis, vi adhibita, ex-  
 „tracti, & in custodiam traditi sunt.  
 „Ad hæc idem Capitaneus Generalis  
 „ut contumeliam reliquis omnibus in-  
 „signiorem Legato Apostolico irrogaret,  
 „octo ex ejus domesticis, præter com-  
 „plures Missionarios, in ipso publico  
 „Macaonensi foro a militibus compre-  
 „hendi, & in carcerem detrudi jussit.  
 „Subinde in eos, qui cum Missionariis  
 „& Religiosis viris Legato obtemperan-  
 „tibus ullam haberent consuetudinem,  
 „vel in ipsius Legati domum pedem in-  
 „ferrent, gravissimas constituit pœnas.  
 „Prætermittimus, ne Majestatem tuam  
 „longiori epistola oneremus, tibi sin-  
 „gillatim explicare sacra templa mili-  
 „tibus bellico more circumvallata, &  
 „obsessa, irruptiones in ea, vel per-  
 „fractis foribus, vel fenestris scala oc-  
 „cupa-

„cupatis factas, Sacerdotes innocen- Sæc. XVIII.  
 „tissimos fame, ac fiti pene ad necem A. C. 1710.  
 „compulsos, sanctiora quæque per sum-  
 „mam audaciam passim contempta,  
 „atque polluta, omnia demum tam di-  
 „vina, quam humana jura, inaudita  
 „hactenus inter Christi fideles barba-  
 „rie, violata, prædicto Capitaneo Ge-  
 „nerali omnium ejusmodi flagitiorum  
 „non conscio tantum, sed etiam præ-  
 „cipuo Authore. Quæ cum ita esse,  
 „etsi dolentes, ac invitati, minime du-  
 „bitare cogamur, sancte nimirum ea  
 „affirmantibus illis ipsis, quorum in  
 „oculis gesta sunt: præterire nequa-  
 „quam possumus, quin vel de iis se-  
 „dulo admoneamus, regiamque ultio-  
 „nem in Sacrilegos violatores hujus-  
 „modi, qui graviores Ecclesiæ pœnas,  
 „quas jampridem incurrerunt, mini-  
 „me pertimescunt, quanto majori pos-  
 „sumus animi studio a Te iterum, sicuti  
 „facimus, efflagitemus, simulque ex-  
 „petamus, ut illatas præfato Cardi-  
 „nali tam ingentes injurias congruis,  
 „publicisque debitæ reverentiæ signifi-  
 „cationibus emendari, ac resarciri om-  
 „nino jubeas: Vides (Charissime in  
 „Christo Fili Noster) quid agendum  
 „tibi sit, ut muneri, officioque tuo cu-  
 „mulate, & quam citissime satisfacias,  
 „& consulas nedum famæ, ac existi-  
 „matio-

Sæc. XVIII. „mationis, sed etiam (quod longe gra  
 „vius est) animæ tuæ periculo, cu  
 „A. C. 1710. „gravissima certe labes inureretur, ubi  
 „ejusmodi nefaria scelera a Te jam re  
 „scita, & probe comperta vindicare  
 „negligeres, aut differres, eorumque  
 „proinde culpam haud dubie in districto  
 „Dei judicio sustineres. Ceterum spe  
 „ctata religio, atque justitia tua, imo  
 „etiam, quam in tuis literis luculentè  
 „profiteris, eximia, ac prorsus filialis  
 „in Nos, & hanc sanctam Sedem De  
 „votio nos dubitare non patitur, qui  
 „omni ope curaturus sis, ut eorum  
 „dem criminum Authores, & confici  
 „meritis quamprimum coerceantur po  
 „nis, & ad exhibenda Legato Pontifici  
 „cio ea honoris publica argumenta  
 „quæ irrogatis contumeliis sarcienti  
 „apta existimaveris, compellantur.

## §. XLVIII.

*Ejusdem querelæ contra præfati Re  
 gis Ministros Turnonio Cardi  
 nali infestos.*

*Epist.  
 Clem. XI.  
 pag. 1591.*

Postquam vero Pontifex Cardinalis  
 Turnonii obitum haud parum per  
 Lusitani Regis Ministros promotum  
 fuisse compererat, acerbe questus, die  
 decima nona Septembris has ad Regem  
 dedit literas: „Quod superioribus die  
 „bus